

Vniuersis presentes litteras inspecturis / Judde Michael<sup>a</sup>· Olauus Hinze et Iohannes jn Villaby salutem jn domino sempiternam Quia reuerendus in Christo pater· dominus Hemingus diuina miseracione episcopus Aboensis predia in villa Leyko sita / que ad eundem reuerendum in Christo patrem pertinere dinoscuntur sicut clare patuit<sup>b</sup> per duodecim<sup>c</sup> veridicos homines hoc idem per sua iuramenta· asserentes in placito generali nobis et nostris heredibus tradidit et assignauit perpetuo possidenda / promittimus sub fide et honore nostris· quod decetero eundem reuerendum in Christo patrem· seu colonos<sup>d</sup> suos quoscumque in curia sua Kumo· prope Forsby seu inter eandem curiam ex vna parte· et inter ramerky<sup>e</sup> dictum Lymi<sup>f</sup> parte ex altera habitantes numquam molestabimus / nec intendimus· amodo<sup>g</sup>· de prediis pratis agris siluis inter ambos terminos dictos ramerky<sup>h</sup> inclusis amplius quidquam loqui<sup>i</sup> Sed tota dissensio inter eundem reuerendum in Christo patrem ex vna parte et nos ex parte<sup>k</sup> altera de eisdem prediis habita et facta sit deposita et s[o]pita<sup>l</sup> / quod si aliquis nostrum vel heredum nostrorum· infregerit sev irritum fecerit eidem domino· per nos promissum· tunc gracia nobis concessa per eundem reuerendum in Christo patrem· de predictis<sup>k</sup> prediis in<sup>m</sup> Leyko sit reuocata et irrita· ipso facto· Volumus eciam· quod omnes silue superiores· indifferenter eidem· et nobis sint communes pro pascuis carpentis<sup>n</sup> scindendis et aliis vtilitatibus pro vsibus<sup>o</sup> colonorum dicti dominij episcopi seu eius successorum· Jn quorum testimonium sigilla nobilium virorum· Eriki Karlsson· Jon<sup>p</sup> Andrisson et Iacobi Korcka legiferi vna cum sigillo communitatis Satagundie ad supplicacionem nostram presentibus sunt appensa Datum Kumo anno dominij <sup>r</sup>Mccclxii dominica quinquagesime<sup>r</sup>

Överskrift: De prediis in Kumo in villa Leyko

<sup>a</sup> Michael B. <sup>b</sup> ptuerit B. <sup>c</sup> xij B. <sup>d</sup> Så B, colones A. <sup>e</sup> raamerke B. <sup>f</sup> Lumi B. <sup>g</sup> ammodo B· <sup>h</sup> romerke B. <sup>i</sup> molestare över raden B. <sup>k</sup> Saknas B. <sup>l</sup> sapita A och B. <sup>m</sup> Så B, saknas A. <sup>n</sup> Sic A, B· <sup>o</sup> Så B, visibus A. <sup>p</sup> Joan B. <sup>r-r</sup> Mccclx 2<sup>o</sup> dominica 1<sup>me</sup> B. — Skiljetecken endast i B.

6592.

1362 mars 1.

Örebro.

Konung Håkan förlänar hela landskapet Finnveden med alla därav flytande kungliga inkomster till sin marsk riddaren Magnus Nilsson som ersättning för de skulder, som denne dittills iklätt sig eller framdeles åsamkar sig på konungens vägnar. Marsken hade redan tidigare av konung Håkans fader (konung Magnus) genom öppet brev förlänats Västbo härad med dess vissa avkastning för de penningsummor denne lånat, och denna vissa avkastning skall marsken alltjämt uppbära utan räkenskap, tills konung Magnus' skuld vore betald. För inkomsterna från Sunnerbo och Östbo härad och för tillfälliga pålagor från Västbo skall han däremot göra räkenskap till konung Håkan. — Jfr konung Eriks brev 1359 <sup>3/4</sup>, (SD 6087)

Orig. på perg. (20,7 × 14,6, uppveck 1 cm; 19 rader), Sv. Riksark. (Claes Bonde Ulfssons brev; = RPB 532). Jfr L. Sjödin i MRA 1939, s. 121 not 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus Haquinus dei gracia rex Swecie et Norwegie salutem jn domino sempiternam Nouerint vniuersi quod nos nobili militi dilecto marscalco nostro domino Magno Niclisson terram nostram Finuidie videlicet prouincias Sunderbo et Östbo cum omnibus et singulis redditibus et obuencionibus emendis pecuniariis ac aliis iuribus regiis quibuscumque· necnon cum impositionibus et talliis prouinciam eciam nostram Vestbo cuius hucusque certos redditus et obuenciones pro quibusdam summis sibi carissimus dominus noster et pater obligauerat per suas patentes litteras /

cum tallis et impositionibus si quas eidem prouincie Vestbo indicere nos contingat · dimittimus et tenore presencium assignamus pro debitis per ipsum iam contractis et que ex parte nostra contrahet in futurum Jta quod terram predictam ab ipso nullatenus reuocabimus antequam sibi de debitis huiusmodi fuerit racionabiliter satisfactum adiecto quod quicquid de terra predicta leuauerit de hoc nobis computum reddere teneatur · nisi de certis redditibus prouincie Vestbo quos libere percipiet donec euacuate fuerint summe in quibus sibi tenebatur ipse dominus noster et pater obligatus · Quapropter · mandamus omnibus et singulis terram Finuidie predictam inhabitantibus sub obtentu gracie nostre firmiter et districte quatinus eidem domino Magno vel suis in hac parte procuratoribus decetero cum obediencia de premissis omnibus respondere et satisfacere studeant et nulli alij quouis modo · In premissorum testimonium et euidenciam firmiorem sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium patrum dominorum Nicolai Lynceopensis et<sup>a</sup> Thome Vexionensis episcoporum · necnon nobilium virorum dominorum Benedicti Philpusson Karoli Vlfson legiferi Nericie · militum et Boecij Jonsson armigeri presentibus est appensum Datum Ørebro anno domini M<sup>o</sup>CCCLxsecundo feria tertia proxima ante Cineres

Sigill: n. 1 borta (fanns när brevet avskrevs i Peringskiölds Dipl. Regum E 12), remsan kvar; enligt Peringskiölds sigillritning i Fh 13, fol. 154, Kungl. Bibl.: (krönt lejon med yxa i sköld under hjälm, prydd med växande krönt lejon med yxa): . . . Haquini : dei . . . ; n. 3 av ofärgat vax (likarmat kors inom fyrpass, se Sv. sig. fr. medelt. I, 2, 190): . . . gillum : Thome : Iohan . . . . . ; n. 5 och 6: sigillen borta, remsorna kvar; n. 2 och 4: även remsorna borta.

<sup>a</sup> Över raden.

6593.

1362 mars 2.

Aspnäs.

Riddaren Magnus Gisleson bortbyter 5½ örtogland i Kräbäck och 14 penningland i Koversta i Österfärnebo socken, 2/3 i en urfjäll Östensvret vid Nora kyrka samt 1 örtugland i Bjurvalla i Östervåla socken till Olof Nilsson i Bro mot 1/2 markland i Aspnäs.

Orig. på perg. (19 × 10 cm; 9 + 2 rader), Sv. Riksark. (= RPB 533).

Alla mæn thætte breff høra ok see · helsar jæk magnus gisleson Riddare Ewerthelika medh guthj / kænnnes jæk medh thæsso breue mik hua lathet medh ræthe skipte · olaue · niclisson j bro · halff sætto ørthogh j karabæk / fiwrtan pænninge j koffrestathom · j færnabo sokn / twædelena j Enom wrfiæll / swm heter østensvret wid nora kyrkio / ok ena ørthogh j bywralom j wala sokn / fore Eet halff markland jord j aspanæse · Afhænder jæk mik ok minom arwom alla thæssu fornæmpdo jord ok hemolar hanom ok hans arwom / medh allom thera tillaghom thill Ewerthelika Egho In quorum euidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum Scriptum Aspanæs anno domini Millesimo ccc<sup>o</sup>lxsecundo die cinerum

Tillskrivet under dateringen med något yngre hand: æfther thy som thetta bref wtwisar tha ær os vnfaridh j o<sup>a</sup> orthog j karbæk ok xiiii penningland j kofrestadhom

På baksidan: ☉: 15 (brevsignum för Uppsala domkyrka).

Sigillet och den ur brevet skurna remsan äro bortslitna.

<sup>a</sup> Sic.